

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Peculum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

Per quædam 3 Syl. vers. Peccatum. nu. 7. Nau.  
e. de quotidianis, de pœn. d. 3. num. 2.

Addi. 3 Peccato alterius ad bonum vti possu-  
mus. D. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 4. Caiet. ibid. vt à pa-  
rato mutuum sub fœnore accipere. Nau. c. 14.  
nu. 39. Sot. l. 6. q. 1. art. 5. hanc statuens regulam.

Quotiescumque quod petitur iustè fieri  
potest, & bona de causa petitur, tuo iure tibi  
licet vti, quamuis scias alterum peccaturum.

Peccatum léthale ibi esse non potest, vbi  
surreptio iudicium præueniens actum perfic-  
cit. V. Lopez p. 1. c. 40.

*Peculium, vide Clericus, Hæreditas,  
Religio.*

<sup>1</sup> Peculium Castrense, aut quasi castrense.  
(de quo filius pubes liberè disponit) di-  
citur, quicquid acquiritur ratione militiæ, aut  
officii publici, aut seruitij in palatio Regis; vt  
libri donati Professori publico, aut à patre fi-  
lio absolutis studijs, & militi equus, vel arma,  
& quod ad militiam datur: item quod ea legè  
datur, vt castrense sit; & quod acquirit Cleri-  
cus in sacris, aut beneficiatus; imò secundum  
quosdam, qui est primæ tonsuræ, vt supra di-  
gum in Cl. rico.

\* Peculium 3 Nau. c. 17. num. 141. Syl. vers. Pe-  
culium num. 2.

<sup>2</sup> Profectiū, quod acquiritur causa patris,  
seu intuitu, in quo filius nihil habet iuris. Nō  
cense.

censetur autem tale, quod ei donatur nulla  
facta patris mentione.\* Nau.l.c.cap.144.

3 Aduentitium, quod ei aduenit eius industria, vel donatione, vel successione, vel fortuna, in quo proprietas est filij, at ususfructus patris, quamdiu viuit. Quod si filius emancipetur, eius est dimidium: itemque si pater fiat Religiosus, secundum quosdam: nam alij totum tunc filio tribuunt, alij totum patri.

\* Nau.l.c.num.143.

At ususfructus 3 Syl.l.c.num.3.

4 Acquisitum ex reb. patris propria industria, partim est profectum, partim aduentitium; itaque dimidium est filij. Quod si clam patre acquisitum est, aut ex pecunia à patre mutuo accepta, totum quidam dicunt esse filij.

\* Vide Nau.l.c.num.141.

5 Confiscatis bonis patris, non confiscatur aduentitium filij: confiscato autem aduentitio, non perdit pater in eo usumfructum.

\* Vide Syl.l.c.num.3.

6 Si pater alienauit aduentitium filij, is, si est hæres, non potest, secundū quosdā, reuocare magis quam pater: subit enim personā eius.

Pecunia, vide Moneta.

Pensio, vide Beneficium, Clericus, Hora  
Canonica.

1 R Edemptio pensionis non fit sine Papæ  
auctoritate.

\* De